


AB

153596







1. Baumgarten / Sigism. Jac. / Inſtitutionum Hermeneuticarum, Particula prima, de Interpretatione Scripturae Sacrae. Halle, 1752.
2. IV Symbola Theologica, Halle, 1752. Commentatio in
3. Versionem Theoticam Symboli Athanasiani; Halle, 1752. Commentatio in

*Handwritten signature or initials, possibly 'C.E.' or similar, in cursive script.*



INSTITVTIONVM  
HERMENEVTICARVM

PARTICVLA QVARTA

DE

SENSV

SCRIPTVRAE SACRAE

QVAM

AVXILIANTE SVMMO NVMINE  
PRAESIDE

VIRO SVMME VENERABILI,  
EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO ATQVE  
DOCTISSIMO

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN

S. S. THEOL. DOCTORE,

EIVSDEMQUE PROFESS. PVBL. ORD. SEMINARII THEOL.  
DIRECTORE, MENSARVM REGIARVM EPHORO ET ACAD.  
SCIENT. REG. BEROLINENS. MEMBRO

MAECENATE AC PRAECEPTORE SVO

EXOPTATISSIMO MAXIMOQVE PIETATIS CVLTV  
AD MANES VSQVE DEVENERANDO

PVBLICO IN CERTAMINE

D. OCT. MDCCLIII INSTITVENDO  
DEFENDET

AVGVST. FRIEDERIC. WILLRATH,

NORDA-FRISO ORIENTALIS, S. S. THEOL. CVLTOR.

HALAE

APVD IOH. IVST. GEBAVER. MDCCLIII.





INSTITUTIONVM  
HERMENEVTICARVM

PARTICVLA QVARTA

DE

SENSV

SCRIPTVRAE SACRAE

QVINTA

AVXILLIA IN SVMMO NEMINE

FRATRES

VILIO SVMMO VSPERABILI

IN OMNIBVS SITISSIMO AMPLISSIMO QVOD QV

DOCTISSIMO

SIGISM. IAC. BAYMGARTEN

MDCCCLXXII

IN VITAE MORTIS SVMMO VSPERABILI

IN VITAE MORTIS SVMMO VSPERABILI

MAT. G. IAC. BAYMGARTEN SVO

PROFESSORIS PRAEF. THEOL. SVMMO VSPERABILI

IN VITAE MORTIS SVMMO VSPERABILI

IN VITAE MORTIS SVMMO VSPERABILI

IN VITAE MORTIS SVMMO VSPERABILI

IN VITAE MORTIS SVMMO VSPERABILI


AVGVST. FRIEDERIC. WILHELM. III.

IN VITAE MORTIS SVMMO VSPERABILI

IN VITAE MORTIS SVMMO VSPERABILI

IN VITAE MORTIS SVMMO VSPERABILI





§. XXX.

**S**i *sensus* sermonis *solis* *vocum* et locutionum *significationibus* Sensus litteralis.  
*per finem loquentis determinatis* *producitur*, *litteralis*  
*vocatur*. Idem etiam *proximus*, *immediatus*, *verbalis* at-  
*que logicus* dicitur, vt a *remoto*, *mediato*, *reali* et *symbo-*  
*lico* distinguatur, quibus denominationibus *sensus mysticus* a  
 nonnullis insigniri solet, ad fecunditatem *sensus* in *scriptura*  
*sacra* referendus (§. XXVIII. etc.).

Facilius *venia* dabitur his denominationibus vt terminis *technicis*,  
 quod parum *latinae* sunt, quam commodus rei *que* accurate *con-*  
*ueniens* *singularum* *significatus* praestari poterit, ob *ambiguita-*  
*tem*, qua pleraeque laborant, cui sola *finitio* *perspicue* *circum-*  
*scripta* *mederi* potest. Qui hunc *sensum litteram*, quid quod  
*corticem* *vocant*, vt *spiritui* et *nucleo* opponant, quem vel in *al-*  
*legoriis* et *ingeniosis* *accommodationibus* collocant, *perperam*  
 pro *sensu mystico* habitis, vel *lumini* *cuidam* *interno* a *scripturae*  
*sacrae* *operationibus* *seiuuncto*, siue *naturali* siue *supernaturali*,  
 tribuunt, non tam *contra* *regulas* *artis* et *leges* *technologicas*  
 peccant *inepta* *ἄνομαστοποιία*, quam *inexcusabili* *praeuaricatione*  
 DEI *que* *per* *scripturam* *sacram* *nobiscum* et *loquentis* et *agen-*  
*tis* *contemptu* *ipsam* *doctrinam* *sanctiorem* *peruertunt*, atque *ra-*  
*tionem* *exosi*, cuius *ope* *his* *sensus* *intelligitur*, et *qua* *ad* *spiri-*  
*tus* *sui* *disciplinam* *insigniter* *carere* *posse* *existimant*, *imagina-*  
*tionis* *in* *ipsumet* *Dei* *locum* *suffectae* *regendos* *se* *permittunt*,  
*instituentos* et *circumueniendos*.

§. XXXI.

*Si* *voces* *ad* *sensum* *producendum* *adhibitae* *significatio-* Sensus proprius.  
*nes* *suas* *proprias* *vsuque* *linguae* *communi* *receptas* et *determi-*  
*natas* *retinent*, *ipse* *sensus*, quem *constituunt*, *proprius* *voca-*  
*tur*: quem *litterae* *quoque*, et *grammaticum*, *nominant*, vt  
 I 2 discer-



discernatur ab *improprio* seu *translato* ac *tropico*, qui et *figuræ* atque *rhetoricus* dicitur.

Luculenter exinde apparet: 1) neque requiri ad sensum proprium, ut singularum vocum ad unam omnium, quæ in sermone occurrunt, significatus proprius obtineat; qui in una alteraque voce, imprimis accessoria, improprius esse potest sine sensus improprietate, dummodo voces propriae et numero et dignitate logica potiores sint, atque adeo facta enuntiationum, in quas solas sensus cadit (XVI), analysi termini propositionum principes, et illae imprimis voces, quæ prædicatum constituunt, improprietate careant et translatione, quod in subiectorum significatione secus accidit, quæ translata esse potest salva sensus proprietate: 2) neque principatu significationis opus esse ad illius proprietatem, multo minus vero ad sensum proprium efficiendum; qui locum habere potest, etiamsi significationes vocum sermonis assumantur ex aliis prioribus atque ordine nexuque interno reliquis prægressis deriuatae, si vel maxime constaret in ordinandis significationum generationibus deprehendi aliquam translationem, eiusmodi saltem unius cum altera copulationem quæ illius speciem præbeat; quod a vocibus homonymis difficulter abest: et 3) perperam opponi sensum litteræ sensui litterali licet recte ab eodem distinguatur; quum hic latius pateat, ita ut omnis quidem sensus litteræ seu proprius necessario litteralis sit, non vero omnis litteralis simul proprius (§. XXX). Vnde facile consequitur, ut 1) in doxologia *Apocal. V*, 12 obuia sensus proprius locum habeat, etiamsi ἀγιον ἑσφαγμένον aliquid translato et improprii significatus trahat, sermo vero *Apoc. VII*, 14-17 improprie intelligendus sit; neque minus verba CHRISTI *Matth. XXVI*, 27. 28 proprie intelligi possint, etiamsi ποτήριον necessario *metonymice* sumatur; atque historia creationis proprium sensum retineat, si vel maxime concedatur *Gen. I*, 16 tam in luna vocibus חמור דקטן designanda, quam in locutionibus לממשלת היום et לממשלת חרילה, deprehendi aliquam improprietatem; 2) *Luc. I*, 46 anima MARIAE proprie dicatur Deum μεγαλύνει vel celebrare laudibusque extollere, licet  
magnum



*magnum facere et magnum iudicare, reputare et praedicare non solum differant, verum etiam ita cohaereant ut posterior significatus ex priore transferatur; eademque ratione Ps. I, אֲשֵׁר דָּאֵשׁ proprie significant virum felicem seu beatitates viri, quamvis vox אֲשֵׁר progressus et successus consiliorum vel perfectio- num incrementa et progressionem proxime indicet: et 3) Canticum SALOMONIS sensu litterali de CHRISTO et ecclesia egregie intelligi possit, proprio tamen sensu plane nequeat.*

## §. XXXII.

*Sensus, quem vocum significationes, impropriae quidem, cum propriis tamen non solum connexae, verum etiam per finem sermonis determinatae, constituunt, improprius vocatur (§. XXXI): qui cum pariter ac proprius litteralis est (§. XXX); tum significationes vocum requirit, quae praeter eiusmodi nexum cum propriis, ut ex illis concipi et intelligi possint, per finem loquentis designentur (§. XVII).*

A vero igitur aberrant, imperite saltem rationes subducunt, qui tripartita divisione inter sensum litterae, litteralem et improprium distinguunt, atque triplex illud genus suo arbitrato constitutum denominationibus sensus *grammatici, logici et rhetorici* insigniunt: quum uterque sensus tam proprius quam improprius sub litterali comprehendatur, qui bipartito distributus duo haec genera sensus vere disparata constituit; licet illae denominationes vitio careant dummodo recte adhibeantur, ut sensus *grammaticus et rhetoricus* sub *logico* contineantur, qui a litterali nihil differt, atque regulis ratiocinandi constituitur, si, quoties proprius est, legum grammaticarum ante omnia ratio habetur, in improprio autem regulae rhetoricae in subsidium vocentur, quibus indoles, diversitas et usus figurarum sermonis intelligitur.

## §. XXXIII.

*Quum in rhetorum scholis tropi seu figurae sermonis, quibus improprius significatus vocum absoluitur, quadripartita divisione pro quadruplici nexu, qui inter rem proprie et*



improprie significatam intercedit, dispesci soleant: totidem enascuntur sensus improprii genera. *Primi* generis nexus similitudine absoluitur rerum, quibus nonnulla communia sunt, atque ita inter se conuenit, vt vnus denominatio alteri congruat et accommodetur: quod *metaphoram* vocant, factaque comparationis continuatione *allegoriam*. *Alterum* genus ille nexus constituit, qui in rebus deprehenditur dissimilibus quidem, connexis tamen vel necessaria copulatione, vt causae cum effectibus, atque essentia cum attributis et affectionibus, vel eorum conuenientia, quae contingere solent et vsu euenire, qualis loci temporisque comprehensione atque signorum cum signatis coniunctione efficitur: quod *metonymia* dicitur. *Tertium* genus nititur nexu, quo tam partes cum toto, quod constituunt, quam angustior et circumscripior notionis ambitus cum latiore et patientiore cohaerent: quod *synecdoche* appellatur. *Quarti* denique generis nexus in ipsa contrariarum significationum oppositione collocatur: quod *ironiam* nominant. Possunt tamen subinde vna plures figurae in eodem sermone simul consistere atque ad complicatum sensum coire, cuius vel simplex vel composita denominatio a potiore desumitur.

Qui *ironiam* in sacris litteris obuiam plane insitiantur, denominatione offendi videntur, quae tamen ipsa *synecdochica* est, opinarique neque locum habere ironiam sine caullatione neque irrisionem dari iustam et legitimam, immemores oraculorum quamvis *θεογονίας* intelligendorum, *Pf.* II, 4; *LVIII*, 9; *Prouerb.* I, 26; *Ies.* XXVIII, 11: licet ea opinatione, si vel verissima esset, *ironia* ex sermonibus Dei duntaxat, Christi, legatorumque diuinitus proscriberetur (§. XVIII. etc.), in quibus tamen aequè occurrit 2 *Chron.* XVIII, 14 ac in sermonibus humanis diuinitus in litteras relatis, *Iob.* XII, 2; 1 *Sam.* XXVI, 15; quam si quis *antiphrasin* vocare maluerit, parum refragabimur.

§. XXXIII.



## XXXIII.

*Sensus sermonis, qui rebus per litteralem sensum pro-* Sensus my-  
*positis ex fine loquentis designatur, mysticus dicitur (§. XXX):* sticus.  
 ad quem producendum repraesentationibus opus est, quae  
 non vocum significationibus sed ipsis rebus significatis et  
 proximum sermonis argumentum efficientibus determinantur,  
 atque adeo duplici copulatione *symbolica* seu *characteristica*,  
 vna vocum et rerum iisdem significatarum, altera harum re-  
 rum pro signis symbolisque adhibitarum et aliarum rerum re-  
 motarum prioribus tamen ita similibus et congruentibus, ut illis  
 repraesentari possint ac recognosci, vtraque per finem sermo-  
 nis circumscripta et determinata (§. XXVIII). Vnde con-  
 sequitur, 1) sensum mysticum nisi sensu litterali, eiusque ve-  
 ritate carere non posse (§. XVII): 2) eiusdem veritatem  
 hermeneuticam aequae ac litteralis a fine loquentis pendere  
 (§. XXII): 3) eundem, si recte se habeat, et vere et iure  
 meritoque sensum vocari (§. XVI): 4) sine multiplicatione  
 sensus sermonis id fieri debere, qui ubique vnicus est  
 (§. XXVII), eiusque partem constituere ita ut, quotiescun-  
 que locum habeat, sermo nec plene ac perfecte nec fini lo-  
 quentis conuenienter intelligatur sine illius accessione  
 (§. XXVIII): et 5) pariter ac sensum litteralem sufficere ad  
 argumenti eodem propositi veritatem efficiendam, si et ipse  
 effici potest, et ea rite obseruantur, quae ad nexum verita-  
 tis hermeneuticae cum obiectiua in sacris litteris pertinent  
 (§. XX).

*Mysticus* vocatur hic sensus non *obiectiue*, seu ratione vel locorum  
 vbi deprehenditur, vel argumenti, quod complectitur, habita,  
 ut vel sola vel omnia mysteria doctrinasque diuinitus reuelatas  
 eodem proponi existimetur; sed *formaliter*, ratione originis et  
 procreationis, quod primo intuitu lectoribus occultus et abscon-  
 ditus est, neque intelligitur nisi perspecto sensu litterali ex quo  
 deriuari



deriuari eruique debet. Reliquas denominationes supra commemorauimus (§. XXX). Inuestigationem capite VIII disputabimus. Qui nimium huic sensui voluerunt eique non solum primas detulerunt in detrimentum contemptumque sensus litteralis, verum etiam per omnem in vniuersum scripturam sacram singulasque illius partes locum dari existimarunt et vindicatum iuerunt, non sine ipsiusmet multiplicatione, et a vero aberrarunt non sine praeuaricatione (§. XXX), et ipsi huic sensui, quem impotenter deperierunt, aliis commendando plus obfuerunt quam consuluerunt, atque suspicionem falsi fictaeque pro arbitrio accommodationis perperam pro sensu habitae contraxerunt. Cauendum tamen est, ne in oppositum errorem incidamus, atque vel insitiando penitus hunc sensum, vel omnem ipsi auctoritatem abiudicando in sacras litteras iniurii euadamus, iisque tam fecunditatem sensus, qua pollet (§. XXVIII), detrahimus, quam aperte contradicamus, adducta authentica earundem et interpretatione locorum bene multorum ad leges sensus mystici, et demonstratione doctrinarum exinde desumpta, in suspicionem erroneae accommodationis ad falsas et periculosas temporum suorum opiniones.

## §. XXXV.

Diuisio eiusdem.

Dupliciter potissimum diuidi solet sensus mysticus. Vna harum diuisionum ad materiam et argumentum eodem propositum spectat: altera ad fundamentum, quo nititur, et veritatem ipsiusmet euincendam. Prior tripartita est, atque *typicum*, *allegoricum* et *parabolicum* comprehendit. *Typicus* in illis locis occurrit, vbi res veteris testamenti, tam narrationes quam constitutiones, Messiam omnemque noui testamenti oeconomiam figurant et praefiniunt. *Allegoricus* deprehenditur in rerum incorporearum et spiritualium, tam beneficiorum quam officiorum, repraesentationibus per res corporeas et naturales factis. *Parabolicus* denique in parabolis locum habet, seu narrationibus ad institutionem de sapientia intel-



intelligenter fictis, quotiescunque praeter doctrinam, cui proponendae inseruiunt, vaticiniorum instar futuros rerum euentus praedicunt. Altera diuisione, quae bipartita est, sensus mysticus distinguitur in *ἐγγράφον* seu *authenticum explicatumque*, et *ἀγράφον* seu *authenticum assimilatum implicatumque*. Illum efficit diserta loci alicuius in ipsis sacris litteris alicubi facta interpretatio eo comparata, ut res rebus repraesentatae luculenter perspiciantur: hunc constituit sagax regularum ex eiusmodi exemplis eliciendarum obseruantia.

In sensu *typico* res repraesentans *typus* vocatur *Rom. V, 14. 1 Cor. X, 6, 11*; repraesentata *antitypus*, voce *1 Pet. III, 21* duntaxat hoc significato obuia, *Hebr. VIII, 24* autem diuerso, qui ab ipsiusmet *Typi* significatione non discrepat. Huiusmodi interpretatione agni paschalis et vniuersa constitutio et facta imprimis ossium in illius praeparatione confringendorum prohibitio *Exod. XII, 46* et *Num. VIII, 12*, ad CHRISTVM refertur *1 Cor. V, 7* et *Ioan. XVIII, 36*: neque minns ADAM primus mortalium parens, seruatorem opt. max. hominum immortalitati vindicatorum patrem praefigurat *Rom. V, 14* etc. *1 Cor. XV, 21, 22, 45, 47*. *Allegorici* sensus denominatio nonnunquam latius patet, ut a *mystico* nihil differat, cuius hic peculiarem classem constituit, si arctius circumscribitur. Vterque significatus loco *Gal. III, 24* conuenire potest, quum ea, quae a PAVLO apud MOSEN ἀλληγορούμενα esse dicuntur, ad res corporeas, partesque teluris aequae pertineant, atque in rebus veteris testamenti adnumerantur. Exempla illius habentur *Exod. XXXIII, 29* etc. collato cum *2 Cor. III, 7, 13* etc.; *Ex. XII, 15, 17- 1 Cor. V, 7* etc.; et *Deut. XXV, 4- 1 Cor. VIII, 9* et *1 Tim. V, 18*. Tertiū seu *parabolici* sensus specimina comprobant instituta contentio paraboliarum *Luc. XIII, 6-9* et *XIII, 16-24* commemoratarum cum conditione populi iudaici praeuaricatoris et in DEI vocationem iniurii. A sensu mystico ἀγράφω, qui *analogicus* etiam vocatur, id omne excluditur, quod ab interpretibus suo arbitrato vel ingeniosissime fingitur: quum pariter ac diserte commemoratus et

K

expli-



explicatus ex sacris litteris demonstrari debeat, licet hoc ipsum sine comparationum et ratiociniorum ope fieri nequeat, eamque ob causam hoc genus interpretationis mysticae alterius veritatem non aequet; inprimis si coniecturis, etiamsi veri similibus, illud negotium peragitur. Qui tertiam distinctionem addunt, qua sensus mysticus in *allegoricum*, *tropologicum* et *anagogicum* dispecitur, quod scriptoribus pontificiis solemne est, applicationem vsunque sensus ad fidei doctrinas, morum praecepta et calamitatum solatia accommodati cum ipso sensu confundere videntur: quum ea omnia, quae sine necessaria ratiociniorum consecutione sola similitudinum coaceruatione ex oraculorum diuinorum vel sensu vel vocibus elici, aut illarum subsidio in memoriam reuocari animoque repraesentari possunt, ad sensum mysticum referunt, si ad haec tria doctrinarum genera, quae memorauimus, spectant. Quod sine errore, periculoso saltem, reique sacrae detrimento ipsis concedi posset, nisi cum multiplicatione sensus iisdem locis singulos obtruderent, ad certam de veritate sensus, rerumque eodem propositarum, conuictionem vel impediendam vel penitus euertendam.

## §. XXXVI.

Diuisio sensus ratione veri certique habita.

Sensus ad cognitionem rationalem et conuictionem de veritate hermeneutica (§. XVIII) relatus quinquepartitus euadit, vel *certus*, vel *probabilis*, vel *dubius*, vel *improbabilis*, vel *certo falsus*. Primum genus locum habet, si quis *rationem sufficientem ad sensum verum efficiendum* approbandumque ita perspicit, vt nullam ab eodem diuersam interpretationem admitti posse intelligat; *alterum*, si *perspectae ab interprete rationes approbandi sensum praeualent rationibus improbandi eundem*; *tertium*, si *neutrius partis rationes alterius rationibus praeponderantur*; *quartum*, si *rationes improbandi sensum notabili momento praeponderant*; *quintum* denique, si *ratio sufficiens ad improbandum sensum errorisque conuincendum perspicitur*. Vnde apparet 1) vniuersam hanc distinctionem



distinctionem subiectiuam esse, atque ab interpretis perspicacia rationum pendere integram; 2) eundem sensum non solum a diuersis interpretibus, verum etiam ab uno eodemque interprete diuersis temporibus, pro diuersitate intelligentiae in singulas has classes referri posse, ut vni certus videatur, qui ab aliis vel probabilis duntaxat, vel dubius, vel improbabilis, quid quod certo falsus habetur; 3) errari posse in diiudicatione harum conditionum sensus, ut idem sensus aequae perperam et falso pro certo et probabili habeatur, atque pro dubio, improbabili et falso ducatur; 4) ignorantiae et praecipitantis pariter ac scientiae et perspicaciae interpretum tribuendam esse diuersitatem sententiarum de veritate et falsitate sensus, et gradibus ac confiniis vtriusque; 5) certum sensum amplectendum esse, et approbandum, probabili assentiendum, in dubio adhaerendum ampliandumque, ab improbabili dissentendum fugiendumque, a falso autem abhorrendum; 6) neque statuendum esse quidquam de veritate sensus siue ratione perspecta, neque temere mutandam esse sententiam intelligenter latam, sine recognitione rationum, erroreque praegressi iudicii perspecto; 7) non sufficere defectum probabilis certique sensus ad dubium improbabilem falsumque opinabiles reddendos, multo minus autem approbandos, longeque praestare ignorantiae veri sensus, vel probabilis vel certi, conscientiam et confessionem ambitioso errore; 8) solas rationes veritatis hermeneuticae in censum hic venire, easque non numerandas sed ponderandas esse et supputandas; 9) rationes improbandi sensum difficultates approbationis illius euadere, non impedimenta manere, si appareat praeponderari easdem rationibus approbandi; et 10) denique, vel speciosissimas rationes non magis sufficere ad sensum ob grauiores contrarii rationes improbabilem falsumque cuiquam approbandum aut probabilem certumque faciendum,



quam difficultates, etiam si solui penitus nequeant, dummodo superentur a praeponderantibus, ad impediendum plane assensum, licet illum iure minuant et infirment.

Duplex hic occurrit vocum ambiguitas, quae, nisi sollicitè tollatur, varias logomachias multosque errores parere potest. *Prima* illorum est, qui omnem in vniuersum veritatem hermeneuticam probabilitate duntaxat terminant, eiusque valorem excedere aut demonstrationem, quae scientiae sit, solaque veritatem certam faciat, aequare negant: *altera* eorum, qui diuisione bipartita seu contradictionis vsuri quidquid a certo distinguunt incertum pronuntiant; quod duplici opinatione intolerabilius euadit, si tam incerti latius sumti et strictius dicti confusione facta, quam priorè ambiguitate in subsidium vocata, omnis interpretatio sensusque litterarum sacrarum ad coniecturas et diuinationes dubitabiles, dubias et conuictionis omnino expertes detruditur. Cuiusmodi opinatores non solum vocibus ludunt et ab vsu loquendi communi temèrè inscianterque recedunt: verum etiam eo grauius errant, quo certius constat, cum singula cognitionis humanae genera, quae vel scientia et demonstratione ex notionibus, vel sensatione et experientia, vel testimonio fideque comparatur, veritatem efficere posse certam, primum quidem rationaliter, alterum tertiumque genus moraliter indubiam; tum longe frequentius hominibus ad conuictionis de rebus moraliter certis leges agendum esse, quam ad euidèntiae et demonstrationis ex notionibus parabilis amissim. Iure igitur cum ratione insanire censendus esset, qui vel veritati moraliter certae assensum et obsequium denegare, vel quidquid ad probabilitatem late sumtam pertinet, incertum, dubium atque in alterutram partem aequaliter opinabile reputare vellet; cuius certe supremus gradus demonstrationis rigorosissimae obligationem penitus aequat, proximus verò et qui ab eodem exiguis interuallis distat, quam diu notabili momento rationes veri similitudinis praeponderant, assensum exigunt, a quo sine officii neglectu et violatione destitui nequeant. Ut illi et subtiliores et operosiores sunt, quam par est, qui sensum tam improbabilem quam potissimum falsum

noua



noua diuisione in tolerabilem distinguunt et intolerabilem, quem tunc demum offendere sibi videntur, si sensus veritati obiectivae (§. XVIII) pariter ac hermeneuticae (§. XVIII) repugnat, atque vel errores sacris litteris rationique contrarios, vel absonas contradictiones comprehendit, licet subinde falsitas et improbabilitas hermeneutica, sine violatione veritatis obiectivae, longe inexcusatiores sit et intolerabilior bene multis erroribus contrarum aliunde perspiciendarum veritatem, quorum multiplices gradus dantur: ita non plane supervacanea et inutilis dici potest commemoratio peculiaris sensus tam improbabilis quam falsi in censu generum huc pertinentium agendo; quamvis neuter interpretis assensum sollicitare aut exigere possit, cuius tamen non omnino nihili refert in aliorum interpretationibus examinandis diribendisque utriusque naturam et conditionem cognitam perspicereque haberi; ut necessitatem praetereamus harum distinctionum in reddendis ab interprete rationibus ignorantiae laudabilis sensus locorum, quem alii deprehendisse perhibent et prae se ferunt.

## §. XXXVII.

Quum haec veri certique dispositio tam in singularium interpretationum seorsim consideratarum examine locum habeat, quam in comparandis inter se pluribus unius eiusdemque loci interpretationibus, ad optionem cum ratione faciendam: duplex enascitur huius distinctionis usus caute et sollicitate ab interprete instituendus. Cuius partium est in prior negotio, 1) ut sola vel absentia vel ignorantia plurium interpretationum, commoveri se non patiatur, ad sensum, qui ipsi unice duntaxat sermoni convenire aut ex eodem elici posse videtur, pro vero certoque, probabili saltem habendum; qui certe improbabilis evadit, si rationes improbandi illum praeponderant, licet melior et optabilior substitui nequeat; 2) ut iudicium non praecipitet, neque in clara sensus cognitione acquiescat, sed distinctae illius recognitioni

Duplex huius distinctionis usus.




atque attentae sollicitaeque rationum considerationi operam nauet, ne praeteritis quidem rationum rationibus, eamque, si opus est, iteret frequentiusque repetat; 3) vt in censum rationum conquirendarum et inuestigandarum nihil referat, quod vel ad significationes uocum phrasiumque efficiendas, vel ad finem loquentis constituendum non pertineat, neutrique negotio inferuire saltem et accommodari posse uideatur (§. XXII. XXXVI); 4) vt in ipsis his rationibus certi probabilis et improbabilis discrimina gradusque diuersos consideret, ad singularum momenta, quae tam a necessitate ad sensum determinandum, quam ab ipsarummet ueritate plus minus indubia pendent, rectius distinguenda; et 5) vt conciliationem rationum approbandi improbandique sensum prius tentet, quam utriusque partis momenta, et praeponderantis difficultates constituat, nequidem neglectis coniecturis, ueri tamen similibus, atque ad subueniendum inferuendumque sensui praestabiliori eumque difficultatibus leuandum accommodatis. In altero uero negotio ab interprete requiritur, 1) vt omnium, quotquot concipi, atque uel recordatione uel propria cogitatione, constitui possunt, opinabilium tamen uisurarum, interpretationum rationem habeat, si uere differunt neque conciliationem admittunt, qua in unum sensum coeant; 2) vt in contentione rationum, singulis interpretationibus proprias a communibus separet, atque illarum similes duntaxat et aequales inter se conferat, ne uel in numero ineundo uel momentis aequandis subducendis fallatur; et 3) vt una plures interpretationes uel maxime opinabiles et perquam speciosas pro ueris simul nunquam habeat, cum sensus multiplicatione (§. XXVII), sed optione delectuque instituto probabiliorem ueri dissimilioribus praeferat; atque adeo uel sensui assentiatur, cuius et plures et certiores et grauiore rationes notabili momento praeualent, pauciores uero



vero et leuiores difficultates, opinionibus subsidiariis et coniecturis verisimilibus minuendae leuandaeque remanent, vel quoties momenta paria et aequalia manere atque in neutram partem inclinare videntur, sententiam cohibeat, iudicium suspendat, ipsasque interpretationes ampliet.

Praeterea ex iis, quae disputauimus, apparebit, 1) quantopere fallantur, qui sola vel facilitate vel difficultate, vel doctrina et subtilitate, vel nouitate et antiquitate interpretationum assensum determinant et veritatem metiuntur; 2) opiniones subsidiarias, quae in locum rationum sufficiuntur, aequae inter se comparandas esse ac rationes, earumque et probabilitatem et sufficientiam ad vices rationum sustinendas examinandas; et 3) a cognita et euicta veritate certa et necessaria sensus alicuius valere consecutionem necessariae falsitatis omnium aliarum eiusdem loci interpretationum; a falsitate vero vnius interpretationis reliquarum disparatarum veritatem colligi nequiquam posse (§. XXVII); et 4) denique tantum abesse, vt necessitas vnicui duntaxat sensus veri singularum scripturae sacrae partium (§. XXVII, XXVI) interpreti sensus vnice a se perspecti pro vero certoque habendi vel facultatem faciat vel necessitatem imponat, ut potius ex cognita et perspecta vel certa falsitate vel insigni improbabilitate sensus obuii consequatur, vel necessario vel admodum probabiliter dari alias interpretationes, vnam saltem, quae interpretis industriam effugerit.



AESTVMATISSIMO  
AVGVSTO FRID. WILLRATH

SAL. PLVR. DIC.

P R A E S E S.

Quo diutius, meis certe ingratis, et disputationem hanc et reditum TVVM in patriam tardaui: eo nunc acceleratius has ad TE litteras deproperabo, breues quidem futuras, nullis tamen vel prolixissimis meae in TE voluntatis significatione cessuras. Tres  
annos



annos et dimidium in disciplina nostra bonarum litterarum et sanctioris inprimis doctrinae studia ita tractasti, ut non verendum sit, ne vel TE temporis apud nos transacti laborumque exantlatorum, vel praeceptores TVOS operae in TE publice priuatimque formando collocatae vnaquam poeniteat. Praeter collegarum tam vener. KNAPPII, STRVENSEE et FREYLINGSHAVSEN, quam celeb. LANGII, STIEBRITZII, MEIERI et WEBERI auditiones et theologicas, et philologicas, et philosophicas, et mathematicas, scholis meis dogmaticis, antitheticis et theologiae moralis, interpretationi etiam epistolae ad *Hebraeos* disputandique exercitiis assiduam operam dedisti, atque laudabilem proficiendi ardorem prae TE tulisti. Neque his auscultandi occupationibus industriam tuam circumscripsisti, sed sesquiannum fere integrum in iuventute scholarum orphanotrophei instituenda elaborasti, et orationum pro concione sacra publice habendarum aliquoties periculum fecisti, atque ne tirocinii ponendi aliquam partem praetermitteres, regioque mandato, quod a stipendiariis specimina publica requirit, morem gereres in arenam solemnem descensurus partes defensoris quartae huius disputationis institutionum mearum hermeneuticarum suscepisti, quas eadem dexterritate a TE actum iri confido, quam in conflictu disceptationum domi meae habitatum comprobata dedisti. Habeo igitur, quae TIBI studium academicum neque male neque otiose emenso ex animo et vere gratuler bene multa, et quorum TIBI ab indulgentissimo DEI O. M. numine tam perpetuitatem quam salutes fructus, una cum accessionum incrementis, ardentissimis supplicationibus comprecor, non irritis futuris si TVAE accesserint. Fortunet TIBI hic vnus rerum humanarum arbiter reditum in patriam, consilia et labores, omnesque vitae TVAE sibi vindicatae rationes et vicissitudines, atque vberimos industriae et doctrinae fructus a TE capi in rem TVAM referrique civitatis sacrae commodis iubeat, ut utilitati publicae opportune fideliter et enixe inferuendo diu viuas feliciter, et de necessitudine nostra communique doctrina bene merearis, mei nunquam inmemor meorum longe amantissimi. Dedi *Halae ad Salam*  
in acad. *Frideric.* d. XII Octobr.

cIo Io ccliii.









153596

8

AB: 153596

X 2261989

188









IN  
HERM

SCRI

AVXI

VIR  
EXCELLE

SIGISM.

EIVSDEMQUE  
DIRECTORE

MAECEN  
EXOPTA

PVB  
D.

AVGVS  
NORDA

APVD

B.I.G.

Farbkarte #13



VM  
ARVM  
A

CRAE

VMINE

BILI,  
MO ATQVE

GARTEN

MINARII THEOL.  
ORO ET ACAD.  
BRQ

TORE SVO

TIS CVLTV  
SND

VMINE  
ENDO

LLRATH,  
CVLTOR.

MDCCLIII.

